Zeitschrift: Archiv für schweizerische Geschichte

Band: 5 (1847)

Quellentext: Zwei Urkunden, ausgestellt von Graf Hartmann dem ältern von Kyburg

Autor: [s.n.]

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Siehe Rechtliche Hinweise.

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. Voir Informations légales.

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. See Legal notice.

Download PDF: 17.11.2024

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, https://www.e-periodica.ch

Wân, Hoffnung III. 27.
Walken V. 68. 69. 71. 74. 77. 78. 84.
Weber V. 84. 112.
Wediswyle, M., Rud. von, VI. 1. 47. 49. 50.
Wege, ein Gewicht, V. 68. 74.
Wein V. 1—28; -häuser IV. 38. 39; -garten V. 29; -messer V. 17; -rufer V. 11—16; -schenke V. 3. 4.
Wellenberg, Gefängnissthurm in der Limmat I. 39. 43.
Weren V. 36; -schaft, Bezahlung VI. 12. 13. 30.
Werpf, gezetteltes Garn V. 107.
Wettingen VI. 52.
Wettpfennige III. 18.
Wetzwyler VI. 52. 53.
Widersagen, Fehde ansagen, II. 13 a. 26.
Wifling etc. V. 78.
Wighus, Vorwerk, propugnaculum I. 39.
Winstriche V. 111.
Wirt I. 45. III. 53. IV. 17. 32. 59. V. 47.
Wolfleipsch, Herr Joh. VI. 51.
Wüesten I. 1—4. 6. II. 4. 6. 8. 9. 14. 18—21 IV. 3. VI. 16.
Wunneberg, Frau M. IV. 10.
Wuocher V. 104. 105.
Wuor, Landfeste, Quai IV. 57.
Würfel V. 41.
Wyss, N. VI. 52.

Zäringen, Herzoge IV. 29. 64.
Zerstörung, s. wüesten.
Zeugen I. 12. 28—31. III. 6. 23. 24. V. 10. VI. 14.
Zins V. 55. 59. 99. 104. 105. 110.
Zofinger Münze IV. 35.
Zug unter die Burger III. 50. 51.
Zunft II. 19. 20.
Zurechnung VI. 11.
Zürichberg, Kloster IV. 41. 67.
Zweihundert, die III. 4 a.
Zwilch V. 85—94. 112.
Zwölfer III. 5 a.
Zwölfter Tag V. 50. 65. 94. 97. 98.

III.

Zwei Urkunden, ausgestellt von Graf Hartmann dem ältern von Kyburg.

Mitgetheilt

von

J. E. KOPP,
Professor.

Von diesen Urkunden, die im zweiten Bande der Geschichte der eidgenössischen Bünde besprochen werden, ist die eine noch nie ge-

druckt worden, während die von 1244 sich in Herrgott Cod. probat. (No. CCCXXXVII) aus einer Abschrift gedruckt findet. Beide Briefe werden hier aus dem Pergamente gegeben.

I.

1230.

(Archiv Wettingen.)

Quoniam cum frequenti lapsu temporum memoria simul labitur hominum. ne a posteris calumniari possint facta subscripta. | memorie pagine presentis sunt conmendata. Nouerint igitur uniuersi tam presentes quam posteri. quod H. comes de Kiburch cum consensu fratris | sui Vl. Constantiensis canonici. et H. filii fratris sui beate memorie Wer. quondam comitis de Kiburch. donum propter nuptias uxori sue | filie comitis Sabaudie apud Bochisfluo [1]) sicut ius et consuetudo expostolat contulit. res subscriptas usque ad terminum uite iam dicte comitisse | libere et quiete ab ea possidendas. et post mortem ipsius ad heredes predicti comitis deuoluendas. Sunt autem hec nomina locorum in quibus res sic date propter | nuptias site sunt et hij termini. Castrum Windegge [2]) et ibidem thelonium. aduocatia Shennis. [3]) et omnia que iure proprietatis ad eundem comitem | pertinent. a cliuo qui Gastirn [4]) dicitur usque ad extremitates montium qui Andimin [5]) et Kirchinze [6]) nuncupantur. Addidit quoque his sepedictus | comes Wixinanch. Keminatun. et Rossiberc [7]). Omnia que predicta sunt cum omnibus appenditiis. hominibus nobilibus et ignobilibus seruis et ancillis | predicte comitisse sunt donata. et in his omnibus antequam hec facta fuisset donatio. || Vl. predictus frater comitis et H. filius fratris sui pie memorie | in presentia multorum iuri suo renuntiauerunt. Verba quoque ad hanc donationem propter nuptias pertinentia dominus D. de Steinegge [8]) docuit. | et isti nobiles in his testimonium perhibent ueritati. L. dominus de Reginsperc. [9]) et

---

[1]) ? — [2]) bis [5]) Im Canton St. Gallen. — [6]) Im Canton Glarus. — [7]) Drei Ortschaften im Canton Zürich. — [8]) Im Canton Thurgau. — [9]) Im Canton Zürich.

L. eiusdem filius. Vl. de Clingen.[1] A. de Warte. | G. de Kemitun. Vl. de Wezzincon. Wal. et H. fratres de Huniwilere. B. de Esschilincon.[2] D. de Bluminstein.[3] H. | de Togiwilere. R. et A. fratres de Winterberc. H. de Humilincon[4]. Constet insuper uniuersis presentem paginam inspecturis. quod H. comes sepe- | dictus cum argento quod pro dote nuptiali receperat villam Veltheim[5] cum iure patronatus ecclesie seruis et ancillis et Agehirn cum omnibus appenditiis conparauit. | et uenditores rerum istarum ut ad manus nobilis uiri L. domini de Reginsperc in his iuri suo renuntiarent petiit. qui recepto omni iure proprietatis plenum | ius quod receperat. sepedicte comitisse contulit. et eam in earundem rerum possessionem misit. In eodem vero loco quo hec facta sunt. || Vl. iam dictus Constantiensis canonicus | et H. filius fratris sui Wer. quondam comitis. iurati promiserunt. ut iam dictam comitissam post mortem mariti ipsius H. sepedicti comitis manutenerent | fideliter ac defenderent. et res predictas libere et quiete eam possidere permitterent. Sub hac etiam forma iuramenti quidam de ministerialibus comitis antedicti | et F. notarius ipsius. et quidam de ciuibus de Winterture, et serui de Argowia fidelitatem et debitum seruitium predicte comitisse firmiter promiserunt. | Sunt autem hec nomina ministerialium. G. dapifer. et D. pincerna. G. de Ozzingen. H. de Wurminhusin. C. et Wal. P. H. fratres de Slatte. R. et H. | fratres de Adelincon. C. et J. fratres de Winterture. B. et Vl. frater ipsius[6]. Nomina ciuium. A. scultetus. C. et R. fratres sui. C. Livbeherze. H. et Her. fratres | Scornin. R. filius Volmari. Vol. Gluria. R. et C. fratres Bletan. B. Her. R. fratres filii conpatris. W. teloniator. C. Cherlinch. Serui | et ministri de Argowia. B. de Lon. Vl. de Badin. Vl. et C. de Hedingen. C. de Slatte. H. pictor. Vl. de Ilnowe. Vl. de Hiltschilche. | H. de Hohtorf. R. de Seon. Wer. minister et Wer. filius suus. Ad conseruationem autem huius rei et robur in

---

[1]) Im C. Schaffhausen. — [2]) Fünf Ortschaften und Burgen im Canton Zürich. — [3]) ? — [4]) Drei Ortschaften im Canton Zürich. — [5]) Im C. Zürich. — [6]) Sämmtlich zürcherische Geschlechter.

posterum ualiturum. C. uenerabilis Constantiensis | episcopus et uenerandi Augie maioris et sancti Galli abbates, et ipse H. comes sepedictus presentem paginam sigillorum suorum munimine roborari iusserunt. | Acta sunt hec anno ab incarnatione domini. M. cc. xxx. in locis supradictis et ad tale factum idoneis.

(✠ Hienricus. Dei. Gratia. Augensis. Abbas.; ✠ S. Chunradi. Dei. Gratia. Abbatis. Sci. Galli; und ✠ Cunradus. Dei. Gra. Constantiensis. Eps. hängen in der hier beobachteten Ordnung: das Siegel des Grafen Hartmann ist ab.)

II.

1244, 25 April.

(Archiv Schwyz.)

Nouerint vniuersi presentes et futuri, quod ego Hartmannus Comes Senior de Kiburc, ad honorem dei omnipotentis et beate Marie virginis, pro remedio anime mee | et omnium parentum meorum, libera donatione et sine omni pacto, de consensu et bona voluntate Hartmanni fratruelis mei, contuli, tradidi et donaui Argentinensi | ecclesie vniuersas proprietates meas, videlicet Kiburc. Wintirtur.[1]) Badin.[2]) Vstere.[3]) Windegge. Wandelberc.[4]) Schenniz.[5]) Liebinberc[6]) et etiam Liebinberc.[7]) Mors- | perc.[8]) Sedetenberc[9]), cum omnibus aliis possessionibus, que ad me iure proprietatis spectabant, cum vniuersis earum attinentiis. hominibus, castris, ciuitatibus, oppidis | villis, piscariis, aquis, aquarum decursibus, pratis, pascuis, siluis, nemoribus, agris, terris cultis et incultis, et omnibus eorum appendiciis. tam hiis que | ego in possessione mea tenebam. quam eis que a me nomine feodi tenebantur. Et venerabilis dominus Bertoldus Argentinensis Episcopus, ad petitionem meam, posses*s*iones | easdem et predia cum omnibus eorum appendiciis michi et prefato

[1]) Stadt im C. Zürich. — [2]) Im C. Aargau. — [3]) Im Canton Zürich. — [4]) und [5]) Im C. St. Gallen. — [6]) bis [9]) Vier Burgen im C. Zürich.

fratrueli meo. et nostris liberis si quos de legittimo matrimonio susceperimus, et omnibus a | nobis legittime descendentibus, utriusque sexus, pro sua libera voluntate, de conmuni consensu totius capituli sui ac ministerialium ecclesie sue, concessit in fe- | odum. Ita ut omnibus diebus quibus nos suprauixerimus, uel proles nostra siquam habuerimus vtriusque sexus. vel a nobis legittime descendentes, eadem bona titulo | feodi ab ipso et successoribus suis et Argentinensi ecclesia possideamus libere et quiete. Et ut de predictis omnibus, uel singulis eorum, disponendi uel ordinandi | seu transferendi in personas utriusque sexus, quascumque voluerimus, prefato episcopo et suis successoribus. et capitulo suo etiam inrequisitis, habeamus liberam | potestatem, nec ab ipsis valeat contradici. Ita tamen quod ab episcopo et successoribus suis, titulo feodi vel alio modo licito recipiant. dominio siue | proprietate nichilominus apud Argentinensem ecclesiam remanente. Et si de predictis bonis nos, vel successores nostri, alicui monasterio uel ecclesie seu pio loco aliqua legare | voluerimus, vel quocumque modo transferre, nobis liceat usque ad reditus centum marcarum argenti tantum, exceptis castris et munitionibus, contradictione qualibet | non obstante. || Saluo tamen iure proprietatis et dominii Argentinensis ecclesie, sicut superius est expressum. Si vero de predictis bonis aliquid vxoribus nostris quocumque | titulo voluerimus assignare, ratum permanebit et firmum. et ipsis vxoribus defunctis, ad nos siue ad liberos nostros, aut a nobis legittime descendentes | vtriusque sexus bona eadem reuertentur. Quod si altero nostro defuncto, superstes infra tempus iure concessum. uel liberi nostri, aut a nobis descendentes, ad recipi- | endum feodum non venerimus. causa legittima prepediti, quam postea probare voluerimus iuramento. nullum nobis ex hoc, quandocumque venerimus ad recipiendum feodum | preiudicium generetur. Idem ius conpetat etiam omnibus, ad quos per nos de prefatis bonis aliqua transferantur. Item statutum est quod nec dictus episcopus, nec succes- | sores sui, quocumque modo alienandi proprietatem seu dominium dictarum possessionum, sine consensu et voluntate nostra, vel libero-

rum nostrorum vtriusque sexus, vel a nobis | legittime descendentium, ab Argentinensi ecclesia alienare possint seu conmutare. sed in perpetuum ipsis et Argentinensi ecclesie eorundem bonorum proprietas reseruetur. | Hoc etiam est adiectum, ut si contra predicta omnia, uel aliquod eorum dictus Episcopus, uel successores sui, aliqua ratione venire temptabunt, eo ipso donatio supradicta | ipsis et Argentinensi ecclesie facta non valebit. || Et dominium et proprietas dictorum bonorum omnium et singulorum ad nos et nostros liberos, et a nobis legittime descendentes | utriusque sexus, directa via et libere reuertentur. nisi errorem ipsorum a tempore ammonitionis, a nobis vel ab aliquo nostrum vel nostris nunciis faciende, correxerint | infra mensem. Et hec omnia bona fide et penitus sine fraude a prefato Episcopo et suis successoribus, et eorum Capitulo, diligenter ac fideliter seruabuntur. | Et super hiis plura sunt instrumenta confecta. Vt autem hec permaneant inconcussa, ego et supradictus fratruelis meus presentes litteras sigillis nostris | fecimus sollempniter conmuniri. Acta sunt hec in Herboltshein, presentibus hiis testibus. A. Preposito. H. Custode. et Reinhardo de Tęngin. Canonico | Argentinensibus. Magistro B. Custode. et H. de Clinginberc Canonico Curiensibus. F. Canonico Beronensis ecclesie. C. Comite de Friburc. Vl. de Clingin. B. et R. | fratribus de Vsenberc. R. de Warte. H. de Tengin. Vl. de Wetzincon, Nobilibus. Walt. Marschalko. Willelmo Vicedomino Argent. C. de Liebinberc. | Vl. de Vlme. et G. dicto Schade. Militibus. et aliis quam pluribus. Anno domini. M. cc. xliiij. vij. Kal. Maij.

(Es hängen, wohl und unverdächtig befestigt, zwei Siegel: 1) ✠ Henricus. Dei. G..... Episcop.. ..gent., ein sitzender Bischof; und 2) ..anct. .... Ecclesie.., Maria mit dem Kinde.)